



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 108. Imperatoris quærimoniæ adversus Synodum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1433.

## §. CVIII.

*Imperatoris quærimoniae adversus  
Synodum.*

Eorumdem Actorum fide discimus, Imperatorem coram Legatis adversus Synodum graviter conquestum esse, eoque illa variis modis auctoritatem ejus spernere non dubitasset; inter ceteras Cæsaris querelas præcipuae erant, quod, cum ipse in Italia ageret, Synodi Patres ad Ducem Mediolanensem scripsissent pro recuperatione Patrimonii Ecclesiæ, & non ad ipsummet Imperatorem, cum tam Imperatores, non autem Duces Mediolanenses Ecclesiam bonis ipsis dotasent, suæque libertati restituissent, ac præterea querebatur, quod, cum esset ipse Basileæ, decrevisset Synodus mittere Cardinalem Cyprium, aliosque ad Papam, & quidem cuncta ista inconsulto Imperatore; Exprobabat etiam, quod Basileenses plura negotia, caussasque ad Synodi forum minime spectantes, tractare præsumerent in præjudicium Imperii, additque, se, cum suæ auctoritati debitam observantiam tribuere neglexissent, propterea recessisse a Concilio: patrocinium tamen suum Patribus ulterius impensurum, imo se ipsum proxime venturum, si Patres reformationi, ceterisque negotiis, quorum caussa con-

L. 2

gregati

**Sæcul. XV.** gregati essent, sedulo incumbere vellent.  
**A.C. 1434** Exstant adhuc aliæ duæ epistolæ die vi-  
 gesima octava Julii ad Synodum date,  
 quibus Sigismundus, qui tum Ulmæ  
 gebat, graviter conquerebatur, quod Ba-  
 sileenses in caussa, quæ inter Saxonie  
 Duces circa hunc Ducatum, ejus jura  
 atque onera agitabatur, alienam usur-  
 passent jurisdictionem; Ab altero enim  
 horum Ducum lis ista ad Synodi tribu-  
 nal deferebatur: Sigismundus vero eam  
 Imperii forum spectare contendebat, quæ  
 propter in præfatis literis palam declarat-  
 se contra Patrum sententiam, nisi causam  
 penitus a se amoverent, publice re-  
 clamaturum.

### §. CIX.

#### *Erici Regis epistola ad Synodum.*

Die quinta Julii Ericus Daniæ, Sueciae,  
 & Norvegiæ Rex pro tuenda regula  
 Ordinis S. Salvatoris a S. Birgitta institu-  
 ti ad Synodum perscripsit; cumque ea  
 de re itidem Archiepiscopi, ac præfato-  
 rum Regnum Episcopi literas dedi-  
 sent, eadem in quadam particulari Con-  
 gregatione anno sequenti die vigesima  
 sexta Martii habita recitabantur.

### §. CX.